Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



offeras, et non recte diuidas, peccasti. Sicut
enim uidendum est quid offeras. Unde et subdi
tur. Alienigena non uescetur ex eis quia sanc
ficata sunt. Maiora enim scripturarum sacramenta
solis fidelibus tradenda sunt. Que enim con
uentio fideli cum infideli? Infidelibus igitur
fides prodicetur. Nisi conuertatur accedat et
edat. Alienigena enim non uescetur ex eis.

Quod si remanserint de carnibus consecratis
siue de panibus usque mane, combures
reliquias igni. non comedent quia sanctificata
sunt. Hoc enim esse puto illud quod supius
de agno phasee dictum est. Si quid residui
fuerit igne comburatur. Non enim omnia co
medi possunt. quis non omnia intelligi possi
bile est. Multa reliquntur usque mane. quibus
hec nox hec uita tenebris et ignorantia plena
finietur. primus sol iustitie orietur et omnia
scripturarum sacramenta intelligant. Que
igitur intelligi non possunt igne fidei combu
rantur scilicet spiritu omittantur et firmo cari
tatis amore credantur. Non enim aliud re
liquias comedere interdictum fuerat nisi ut
ea que intellectu non patent que occulta
dei sapientia esse uoluit nos presumptuose et inuesti
gare omittamus. Qualis enim uerbum caro fa
ctum est qualis uel a patre uel a matre deo filius ge
nitus sit. qualis spiritus sanctus a patre procedat et filio
multaque alia huius similia nullo umquam hominum
in hac uita reuelata sunt.

Oleum que precepi tibi facies super aaron et
filios eius. Septem diebus consecrabis et
manus eorum et uitulum pro peccato offeres per
singulos dies ad expiandum. Quid est enim
septem diebus consecrabis manus eorum. Audi
te episcopi. Audite sacerdotes. nullus dies pretermit
tatur omni die consecrare debent manus uestre.
Non enim sunt dies nisi septem. Quicquid septem
diebus consecratur omnibus diebus consecratur. Om
nibus autem diebus illius manus consecrantur qui
semper manus et opera sua custodit ut munda
sint. ut mali operis et ut cunctis bonis ope
rationibus insistant. Offert autem et uitulum ad
expiandum pro singulos dies qui nunquam filii dei
oblinisci patitur passionis. Vitulus enim iste xps
est. Cui dum nativitatem dominam oppositionem
mutacula crucem flagella passionem spineam
coronam et cetera que pro nobis sustinuit in
mente habemus, magnum ad peccata expiandi

sacrificium deo offerimus. Offertur autem vi
tulus iste ad expiandum per singulos dies. et
quia usque ad seculi consummationem xpi sanguis
et corpus sacramentum sancta ecclia quotidie offerre
non cessabit.

Mundabisque altare cum immolationis expia
tionis hostiam et unges illud in sanctifica
tionem. Quod enim hoc altare ecclam significet
superius cum de eo loquebamur ostendimus. et
Cum enim unusquisque fidelium mens altare dici
tur. multo magis altare tota ecclia et intel
ligi et dici debet. Hoc autem altare tot et tens mun
dari oportet quotiens expiationis hostia immo
latur in eo. Qui enim hanc hostiam indigne et
manducat et bibit iudicium sibi manducat
et bibit. Apli enim uerba sunt hec. Mundate
enim altare istud penitentia lacrimis et elemo
sinis et misericordiis orationibus. Ungitur autem in
sanctificationem oleo peccatis et quia ipse sanctus. Hoc enim
oleo sanctificatur ecclia. Sequitur. Septem diebus
expiabis altare et sanctificabis. erit sanctum.
Omnis qui tetigerit illud sanctificabitur. Quod ei
septem dies omne tempus significent septem iam divi
mus. Quod uno omni tempore et sanctificatur tum me
lius proficiat. sanctum est immo sanctorum. Sanctificat
autem omnis qui hoc altare tangit quin quicumque
ecclesiam religionem visitaverit et sedem exemplis eorum
detangatur et compungatur. ille profecto dubio et
sese efficatur.

Hec est quod facies in altari agnos anni
culos duos per singlos dies iugiter unum
agnum mane et alterum uespere. Decima
partem simile conspersi oleo tunso qui habeat
mensuram quartam partem hyn et unum
ad libandum eiusdem mensure in agno uno.
Duos enim duo agni unum idemque significent
siquidem illum agnum significant qui tollit pec
cata mundi. Aliter tamen quidem in cruce immolatus est xps. Hoc enim a fidelibus
cum pietate ibi non a iudeis cum crudelita
te immolatus est. Et quidem et mane et uespere
nos quoque agnus immolatus est. quia xps dns
noster mane a iudeis iudicatus damnatus et
flagellatus conspuctus ligatus alapis cesus et
multisque aliis iniuriis affectus est. Uespere
autem in cruce pendens spiritum emisit. Unde ps.
Dirigatur inquit oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo elevatio manuum mearum sacri
ficium uespertinum. Nos quoque duos agnos co
tidie immolamus et mane et uespere xpi cruas